

disse, præut quidam ferūt Patrum suorum fuisse temporibus. Mortuorum ita cum corpore sepeliunt memoriam, vt ne nomen quidem deinceps audire sustineant. DEI quidem vnus supremi tequem quandam habent cognitionem, verumtamen affectibus & vsu deprauati nihilo fecius, vt dixi, Cacodæmonem etiam colunt; ob vitæ commoda, alioris & inedia patientes sunt supra modum. Octo, decem dies, si fors ita exigat, feram ieiuni persequuntur, summis niuibz frigoribusq; tum maximè ardet venatio. Et tamen hi ipsi Boreâ, vt sic dicam, & crystallo nati, vbi semel sub suis tugurijs cum præda confederunt, inertes illico, & cuiusvis laboris impatientes fiunt: feminis mandant omnia: hæ præter onerosam liberorum educationē, gestationemque, insuper feram ex eo loco vbi ceciderit, aduehunt: hæ lignatum & aquatum eunt: hæ supellectilem conficiunt, curantque: cibos apparant, feras excoriant, pelles fullonis arte conficiunt, vestimenta consuunt, piscantur & conchas maximè ad cibum legunt, sæpe etiam